Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31304
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

nempe secundum sanctum gregorium quod penitencia non diluitur. mox
suo pondere ad aliud trahit. Heretici incorporantur ei.
cuius uirtus in lumbis eius. et fortitudo in umbilico ventris eius.
Qua propter dyabolo et pompis eius se posito. ad sanctam ecclesiam
recurramus. de ea dulcius locuturi. Absit autem neque sis fili
orum eius regeneratorum degenerans. per superbiam paganis. vel per
auariciam iudeis. siue per luxuriam hereticis complacere. Ipsam
enim sanctam eccli am deus eligens de mundo mobi
li cottidie inuisit in sacramento altaris sicut ipse ait. Ec
ce ego vobiscum sum. usque ad consumationem seculi. Eam etiam
spiritus domini bonus continue deducit in terram rectam. hoc est
bonorum operum in uirore. Nec hominum illa rex glorie dominus u
tutum. miraculis non desinit adornare. Que tamen miracula
ad perfectum christiane uite. et robur fidei sunt pandenda.
Quod nos considerantes. signa que deus per beatum Johannem
baptistam. in domo nostra operatur scriptis duximus declaran
da. Igitur anno domini. M. CC. lxxiii. Indictione prima. nos
monachi venientes de matre nostra Cesarea. ad sanctum Jo
hannem in Stams claustrum ibidem constructuri. inueni
mus villanos homines. ipsum locum antea incolentes.
prodigia maximi patroni nostri quibusdam ligneis ymaginibus
titulasse. forte hoc tractum fuerat inculpabiliter a sanctis
veteris testamenti. qui pene omnes spirituales sibi factas gratias

Ano dmi 1273.